



Misc. 6^{me}

cat. 1, 63.



Q. D. E. V
DISSERTATIO III.

**OBSERVATIONVM
CRITICO-PASSIONALIVM
VNCTIONEM IN BETHANIA**

EX ANTIQVITATE MAXIME IVDAICA ET
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM
SIGILLATIM EXAMINANS

QVAM

INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA
DIE AVG. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM συζηήσεις
SVEMITTIT

PRAESES

SAMVEL FRIDER. BVCHERVS

AA. ET PHIL. MAG.

ET

RESPONDENS

GODOFREDVS GEYSERVS

GORLIC. PHIL. ET SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.



ILLVSTRISSIMO COMITI DOMINO
DOMINO GEORGIO
COMITI A VVERTHERN

SACRI ROM. IMP. IANITORI
HEREDITARIO

DOMINO COMITATVS ATQVE DI-
TIONVM BEVCHLINGENSIS, FROHN-
DORFFENSIS, NEVNHEILIGENSIS
MAVSICENSIS, KREINIZENSIS
ETC. ETC

PATRONO AMPLIFICATORI ATQVE
EVERGETAE SVMMO OMNI PIETATIS
CVLTV PERPETVVM COLENDO

HAS DISQVVSITIONES
MAXIMAM PARTEM ANTIQVARIAS
SVBMISSO, QVO PAR ERAT, MENTIS OBSEQVIO
HVMILITER

D. D. D

ILLVSTRISSIMAE EXCELLENTIAE
SVBIECTISSIMVS

M. SAMVEL FRIDERICVS BVCHERVS

I. III.
CAPVT III.

DE
VNCTIONE IN BETHANIA.

§. I.

Bethania uox est origine Hebraea. Origeni & Theophylacto apud Bynaecum uocatur *οἰκὸς ὑπακοῆς*, Hieronymo בית עני, *domus afflictionis*, uel *οἰκὸς ὑπακοῆς*. Ludou. de Dieu ad Mt. 21. 17. Hebraice *domus afflicti*, Syriace *domus occupati*; Drusio, *domus ouium*, quod ibi multae fuissent oues, & quia צאן Hebraecum apud Syros scriberetur עאן, f. ען, unde עניא. *Waser. de Antiq. Mens. Hebr. l. 1. c. 10.* itidem exponit: בית עניא, *castellum, domus, uel ager ouium. Lightf. Cent. Chor. Matthaeo praem. c. 41. p. 202.* deriuat a uoce אהני, *dactyli palmarum ad maturitatem nondum perducti*, ut sit quasi בית-הני, *locus dactylorum.* Assentiunt Bynaecus, Daffouius, alii, in primis, quod alter e regione tractus ab immaturis ficubus dictus est Bethphage. Mons igitur oliuarum longe diffundens se ab oliuis in specie Bethphage, & a palmis inibi crescentibus, de quibus sub Seruatoris in urbem ingressum rami amputabantur, Bethaniae nomen accepit, quemadmodum uicus in illo tractu pariter Bethania nominaretur, ut recte sentiunt Bynaecus in *Antiq. Passio. p. 136.* & *Lightf. ad Ioh. 11. 13.* licet *Reland. Palaest. l. 3. p. 470.* locum non nisi unum ita appellari, existimet. Fuit autem Bethania patria Lazari, Marthae & Mariae, prope Hierosolymas, ad partem Orientalem montis oliuarum, sita 15 stadiis, quae efficiunt duo circiter millia passuum, ab urbe Hieros. remota, ubi Christus in coelum est sublatus, nempe in parte montis, quae a palmis nomen nanciscebatur.

§. 2. Δείπνον Iulio Polluci, *Onomast. l. 6. c. 2.* sic dicitur, *ὅτι τῶν πόνων διαναπαύει*, quod a laboribus requiem praerberet, quam etymologiam neuiquam tamen nostram facimus. 1. Γεννῶς & καταχρηστικῶς, omne promiscue conuiuium, siue medio die, siue uesperis, paratum denotat, apud *Athen. Deipnos. l. 1. c. 9.* & Scho-

A

& Scholiast. Eustath. ἀπλῶς πᾶσα τροφή. Nam ordinarie Hebraeis, Graecis, Romanis coena & prandium sufficiebant. Vid. Luc. 14. 1. 16. XX. 46. Marc. 12. 39. Matth. 23. 6. & Struck. Antiq. Conuiu. l. 1. c. 8. 2.) Ἰδίως τὸ δεῖπνον Graecis erat coena, quibus amici sub uesperam in conuiuium ducti, daß sie, ut ait Bynaeus, in den vergnügten Abend-Stunden, wenn sie müde von der Arbeit, sich miteinander lebten. Vetus Onomast. Coena, δεῖπνον; Eustath. diserte; Δεῖπνον ἔσ τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐλέγγο, ὡς ἔχει Euripίδη ἐν Ἑκάβῃ, ἢ ἀπλῶς δὲ πᾶσα τροφή. Δεῖπνον dictum est, quod uesperae comeditur, sicut apud Euripidem in Hecabe & simpliciter omnis cibus. Hesych. δεῖπνον notat, quod nos appellamus τρεφὴν ἑσπερινήν, cibum uespertinum. Cameron. ad Luc. 14. 12. Tempora cibi capiendi ueteres distincta habuere praecipue duo, matutinum et ad uesperam uergens, quorum illud ἀγιστον, hoc δεῖπνον uocant. Idcirco Theoph. ad Luc. 14. 16. etc. p. 436. Δεῖπνον ἐκάλεσε τὴν οἰκονομίαν ταύτην, ἐπεὶ ἐν ἑσχάτοις καιροῖς, καὶ ὅταν ἐπὶ δυσμαῖς τῆς αἰῶνος ἦλθεν ὁ κύριος; Coenam appellauit oeconomiam istam, quia extremis temporibus et quasi sub occasum seculi uenit Dominus. Plut. de Sympos. l. 8. Inter ipsos ueteres Romani pusillum edebant, sed uesperae συνδειπνῶντες τοῖς φίλοις, conuiuabant cum amicis. Exinde Lamprius apud Plut. de Sympos. l. 8. sect. 6. Stroph. Thes. T. I. p. m. 439. cibum uespertinum ideo appellari coenam παρα τὴν κοινωνίαν, quia in communione amicorum comeditur, suspicatus est, quae notio non ineleganter uim quandam et emphasin S Coenae addit, quam σύναξιον uocat Antiquitas, constrictiōnem, coitionem, congregationem, siue κοινωνίαν, communionem amicorum lesu et sanctorum, ubi Christo adiungimur, Sponso coelesti, qui nocte eam instituit, quemadmodum Sponfus olim Hebraeus dilectae, ingruente plena noctis meridie, affociabatur. Δεῖπνον praefens, cuius Euangelista meminit, erat coena, id est, conuiuium uesperae bonos inter amicos bene institutum, ut Vulgatus optime uertit, item Syrus **فأفادنا**, quod Tremell. exponit per **עודת הלילה**



הלילה, *convivium noctū.* Nominus reddit δόππον, quae vox notat τὸ ἐν τῇ ἑσπέρῃ, ὃ ἡμεῖς δειπνον λέγομεν, uti *Scholias* Homeri explicat: *Epulas vespertinas, quas nos δειπνον uocamus.* Sequuntur *Verſio Interlin. Deſid. Eraſm. Caſtal. Beza, Piſcat. Bynaeus,* alii. Non uero habitum eſt ex more Iudaico, ut δειπνον illud quaſi fuerit praeludium Coenae Paſchalis ab Hebraeis quotannis obſeruatum, ut aliqui cum *Grotio ad h. l. et Bynaeo l. c. p. 122.* exiſtimant; Sed in gratiam et honorem Chriſti inſtitutum, cui domum ingreſſo pietas et amoris officia, ſingulariſque amicitiae teſtificanda.

§. 3. *Simeon*, Hebr. שמעון, Talm. שמעון et סימון, Graece Σιμων, Σουμων, *exauditio*, uenit ab radice שמע, *audivit, exaudivit, Gen. 29. 33.* Noſter, ut in moribus oliu poſitum erat, a ſtatu praeterito *leproſus* dicitur, quoniam lepra aliquando fuit infectus, licet lues illum deſeruerit. Nam in Scripturis quandoque, mutata re, priſtinum nomen manet, ut *Hieron. notat ad Mt. 26.* Sic Bathſeba uxor Vriae, cui antea nupſerat, *Matthaeus publicanus, cap. 10. 3.* *Rachab meretrix, Hebr. 11. 31.* *Bynaeus* exiſtimat, *Simeonem* tum temporis lepra infectum non fuiſſe, quia Chriſtus aedes intra uerit, neque etiam hominum commercio *Simeon* ſecluſus fuerit. Sed enim Chriſtus uenit ad deperditas oues domus Iſrael, Medicus non firmorum, ſed diſcumbentium; atque ſic, ſalua auctoritate atque ſanctitate ſua, limina leproſi tangere poterat. Leproſis, licet ab hominibus ſecluſi ceteroquin iſti eſſent, *Leu. 13. 46. Num. 5. 1. 3. XII. 10. 14. 2. Reg. 15. 5.* exire interdum erat licitum. *Iuxta legem occludebantur, aſt cum de eorum lepra adhuc dubitaretur, eſſet, an non, quae occluſio duas durabat hebdomadas. Quod ſi eo interuallo lepra non ſanaretur, leproſi extra urbes et caſtra proſtiterantur, et ſic libere incedere ac obambulare poterant, ita tamen, ut, quando ſynagogam inirent, ſeiunctim ſederent, nec alios immundarent, teſte Maim. de Lepra c. 10. §. 12. Foris autem exeuntes, caput obuclabant et ora tegebant, praetereuntibus acclamantes: Immundus ſum, immundus ſum,*



sum, *f. Maimon. habenda fides l. c. §. 6.* Haud dubie tamen Simeon gessit nomen leprosi, non a statu praesenti, sed, uti diximus, praeterito, quod ante id tempus lepra infectus fuerat.

§. 4. Διαιονεῖν *h. l. Bynaeo* idem est, quod in conuiuio ministrare, et διακονεῖν ille, qui in conuiuio ministrat, quem in finem Lucianum et Luc. 12. 37. XVII. 8. XXII. 27. Iob. II. 5. etc. aduocat. At enim uero extra contextum et in thesi potissimum triplici significato uenit. 1) laxissimo, communi sensu et γενικῶς, ubi notat promiscue ministrum quemlibet et omne ministerium eccles. ciuile, oconom. militare, atque hactenus διακονεῖν est minister, siue sacris in officiis, siue prophanis occupetur et fudet. *Vid. Mt. 20. 26. XXII. 13. Hebr. 1. 14. et Struck. Antiq. Conuiu. l. 2. c. 20. pag. 215. Sic Basilio M. tabellarius uocatur διακονεῖν τῶν γραμμάτων, Chrysf. διακονεῖν γραμματέων, Gregor. Nazianz. διακονεῖν ἐπιστολῆς.* Fauet etymon. Venit enim ἀκνώω, *festino, curro, famulor, operor*, interprete Hesychio atque Eustathio, unde κῆνυς *f. κνώα*, quae uox puluerem designat. Διακνώω igitur ui uocis est *seruitium, f. labor seruilis*, qui cum conatu et festinatione, nec sine puluere et sudore, expeditur. 2) sensu strictiori et ἰδίως, ubi competit Ministerio Eccles. *Act. 1. 17. VI. 4. διακονία κατ' ἐξοχήν, Act. 21. 19. Rom. II. 13. 2. Cor. 6. 3. 1. Tim. 1. 12.* quo in munere defudandum, usque tandem in puluerem conuertamur. 3) Significatu strictissimo et specialissime διακονία est cura pauperum, ac διακονοῖς peculiariter in Ecclesia ueteri dicebantur aerarii eccles. oconomi curam pauperum gerentes, eleemosynasque distribuentes. *Act. 6. 1. obortum dicitur murmur Graecorum aduersus Iudaeos, quod despicerentur in τῇ διακονίᾳ*, in administratione eleemosynarum, quae in usum pauperum et communibus quotidie bonis erogabantur. Vnde διακονίας Veteribus erant loca, in quibus per Diaconos pauperes alebantur, et διακονικὸν conclauē Diaconorum ad Ecclesiam uel

uel prope illam extractum. *Vid. Steph. Thes. T. 2. p. 341.*
 Intra contextum et in hypothesi significat id, quod circumstantiae innuunt textus. *Locis sigillatim a Bynaeo citatis* designat administratorem praesertim mensae, qui in conuiuio ministrat, sed non in se, uerum ex accidenti, uti diximus, adiectas ob circumstantias, qua significatione hic etiam accipitur. Optime significatus conuenit cum etymo. Tales enim administratores erant ἐπίτροποι, festinantes, discurrentes, operantes, welche, ut Germani dicunt, allenthalben, hinten und vorn, seyn musten. Sed de his alibi disseremus.

§. 5. Τῶν συνανακειμένων αὐτῶ. *D. Luther. ad nostrum loquendi et ad mensas assidendi morem translationem accommodat, von denen, die mit Jesu zu Tische saßen. In fontibus sonat: Die mit ihm zu Tische lagen. Discumbendi ritus uetus mos est, cuius mentio saepe fit in sacris, quando uoces extant; ἀνακείδαι, κατακείδαι, ἀνακλίνειν, κατακλίνειν, συγκάθημαι, συνανακειμαι, ἀναπίπτειν.* Obsoletam illam ergo consuetudinem examinabimus. Primos homines, ante scamnorum, mensarum et fellarum usum, cibaturos in gramen aut herbam, se coniecisse, ex *Gen. 18. 4.* colligi quodamtenus posse, quidam existimant. Sed enim, uti una hirundo, ut in prouerbio habet, non facit uer; Ita a particulari ad uniuersale non ualet confectio. Nam omni aeuo moris fuit, ut peregre aduolantes, in primis apud Orientales, ob maximum solis aestum, refrigerii causa, sub arbore uiridi, aut densa, requiescerent, et lassitudine confecti recrearentur. Nullas ante Abrahamum mensas, scamna nulla, nullas fellas fuisse, quis tam absurdus foret, ut crederet. Veteres perinde ut nos aliquando καθίζοντες, sedentes ad mensas, cibum capiebant. *Vid. Gen. 27. 19. XXXVII, 25. XLIII. 33. Exod. 16. 3. Iud. 19. 6. Ruth. 2. 14. 1. Sam. 20. 5. u. 24. 25. 1. Reg. 13. 20. Prou. 23. 4. Ier. 16. 8. Ezech. 44. 3.* Assentit Philo, quando περὶ τῆ Ἰωσὺφ, p. 376. scribit: μήπω τῶν ἀνθρώπων ἐν καῖς συμποτικῆς συνουσίας κατακλίσει χρωμένων, nondum recepto more ab hominibus eius aetatis accumbendi in conuiuio.

Similem in modum aliae gentes sederunt in epulis, ut *Athen. ex Hom.* notat l. 1. *Deipnos. καθέζονται ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἕρως, ἔ κατακέλιται; Heroes in conuiuio sedent, non recumbunt.* In solemnibus, splendidoque Alexandri M. conuiuio duces CCC. argenteis, aureisque sellis purpura obductis, infidebant. De Romanis idem testatur *Seru. ad Aeneid. 8. Maiores nostri,* inquit, *sedentes epulabantur, quem morem habuerunt a Laconibus et Cretensibus;* de Germanis *Tacitus: Lauti cibum capiunt: separatae singulis sedes: et sua cuique mensa;* de Gallis et Hispanis antiquis *Strabo.* Quaecumque ita sint, *Bynaeus l. c. p. 145* bene monuit *Casaub.* quod *Ex. 16. c. 22. p. 431. f.* omnes initio gentes graminibus aut pelliculis, postmodum mensis, accubuisse, accubitumque illum Romanis, Graecis, Persis, Medis, Indis, Hebraeis usitatum ab folis Iudaeis, paucisque, praeter illos, aliis, retentum et in dies usque Seruatoris seruatum fuisse, putat. De cetero moris accumbendi prima iniicitur mentio, *Amos 2. 8.* (nisi uestigia inuenisse liceat, *Cant. 1. 11.* ubi מסב κατάκλισιν uertunt *Graeci. Vid. Grot. ad Mt. 26. 20.*) Vbi Ionath. per uestes intelligit triclinia: ועל שוין מסרח בסטר כל אגוריהון, atque super lectulis stratis, s. ut uox Chaldaea sonat, Tricliniis accumbentes in omnibus aris suis. Scriptores N. T. crebro mentionem istius iniiciunt. Sic *Mt. 26. 20. ἀνεκείτο, Marc. 14. 8. κατακειμένους αὐτοῖς, Luc. 22. 14. ἀνέπεσε ἢ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ. Athen.* sedendi more Veterum allegato, mox subiicit: *Nunc autem eo prolapsi sumus, ut discumbentes cibo fruamur.* *Plato de Rep. l. 2. ἐπὶ κλινῶν κατακλιθεῖσθαι.* Ritus igitur ille, iudice *Grotio, ad Mt. 26. 20. ab Assyriis, addo Persis, defluxit, usque Graecorum et Romanorum confirmatus est.* Tres autem olim accubituri lectulos habuerunt, aliquando plures, pro numero adiacentium. Primarius discubuit in medio, proximus a tergo ipsius, et tertius ante faciem in sinu. Optime *Sagitt. l. c. p. 202: In sumendo cibo recumbebant in lectulis, ut quasi circulum quendam facerent, capitiibus quidem semper inrorsum ad epulas, pedibus uero extrorsum porrectis.*

Sinus

Sinus apud Veteres sedes fuit amoris, unde, in alterius sinu discumbere, signum singularis benevolentiae, intimiorisque amicitiae. Erat ordinarie locus, auctore *Plut. Sympos. L. 1. Q. 3.* ἢ γυναικὸς ἢ παιδῶν, aut uxoris, aut filiarum, quae et Veteribus maximo in amore et pretio habebantur. Exinde phrasis innotuit, in gremio, in sinu alicuius recumbere, educari in gremio. *Plin. l. 4. Epist. 22.* Coenabat *Neyna cum Paucis, Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat.* *Sueton. in Calig. c. 24.* pleno conuiuio intra se (*Sororem*) collocabat, uxore supra cubante. *Iuuen. Satyr. II.*

Signatae tabulae, dictum feliciter ingens

Coena, sed in gremio iacuit noua nupta mariti.

Iulius Capitolinus in M. Antonio Philosopho: educatus est in Hadriani gremio. Sic *Iohannes, quem Christus ualde amabat, c. 13. 23,* cubabat in gremio, ubi amor accubitus illius in sinu, & accubitus in sinu amoris *κρητήριον* diferte nominatur. Similiter uxor *Vriae, significanter admodum, in sinu mariti discubuisse, per similitudinem ab oue petitam, legitur, 2. Sam. 12. 3.* Ad hanc consuetudinem alludit parabola, *Luc. 16. 22.* quando *Lazarus deportatur in sinum Abrahae, & Luc. 22. 30,* ubi promittit Seruator discipulis: *Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo; item Matt. 8. 11.* *accumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno coelorum.* Vnde *dilectissimus quisque υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τῆ πατρὸς, εἰν allerliebster Schoßkind, filius, qui discumbit in sinu patris, quo ipse nomine Christus insignitur, Ioh. 1. 18.* Graecis dicitur *ἐπίσθιος, amicus intimus, qui quasi in sinu recumbit, & se admouet supra pectus alterius.* Exinde Gentiles, uitam aeternam sub imagine accubitus & epularum depingere, amant, ut ex *Empedocle & Epicteto* constat. Addimus, quod *Er. Schmidius* non adeo congrue ritum hunc per sequentia nobis delineet: *Accubuerunt reclinati in thoris, s. lecticis, ita ut alter ad alterius pedes caput suum haberet.* Alterum enim ad alterius pedes caput habuisse, quis crederet? *Rectius Sagittar. Capitibus quidem semper introrsum ad epulas, pedibus*



bus uero extrorsum porrectis. Vid. Plutarch. 2. Conuiu. l. 1. q. 3. Ciaccon. de Triclin. & Vrsin. in Addit. Mercurial. de Arte Gynn. l. 1. c. 2. Pancir. de Reb. deperdit. tit. 51. p. 511. Lips. Antiq. Lect. l. 3. & Comment. ad Tacit. Annal. 13. c. 43. Lightf. Hor. Hebr. ad Ioh. 13. 23. p. 659. Bynaeus de Calc. V. H. & de M. C. p. 407. Stuck. Antiq. Conuiu. l. 2. c. 34. Casaub. Ex. 16. f. 22. Rosin. Antiq. Rom. l. 5. c. 28. Schindler. Lex. Pent. p. 112. Buxt. de Cena Dom. s. 33. seqq. Goodw. Mos. & Aar. l. 3. c. 2. Lund. Jüd. Heil. l. 5. c. 13. p. 999. alii.

§. 6. Νάρδος a נרדו, Chal. נרדו, Syr. نردو, Arab. ناردوس & ناردوس, nardus, juxta Plin. l. 11. c. 12. frutex est graui & crassa radice, sed breui ac nigra, fragilique, quamuis pingui, pinum redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio paruo, densoque. Cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote Nardi spicas ac folia celebrant. Salmas. Plin. Ex. p. 746. Exinde oleum ejusdem nominis νάρδος, f. ωρον νάρδος, oleum nardinum ab Indis aduectum in Syriae emporia, e Syria in regiones Europae, quare nardus Syria uulgo audit, quae tamen plurimis speciebus miscebatur. Plin. l. 13. c. 1. Nardinum constat omphacio, balanimo, iunco, nardo, amomo, myrrha, balsamo & c. l. 12. c. 21. Myrobalanum Troglodytis & Thebaidi & Arabiae, quae Iudaeam ab Aegypto distinguit, commune est nascens unguentum, ut ipso nomine apparet, quo uicem indicatur, & glandem esse arboris. Lightf. H. H. ad Marc. 14. 3. p. 456. βαλανο, ut omnibus est notum, apud Graecos est glans, sic est κρησθί, pistacia, apud Talmudicos. μύρον autem ab Hebraeorum מור, unde Aolis μύρα, omne ἀπλῶς unguentum designat, ut uisere est apud Casaub. Not. in Athen. p. 973. & 974. Cum autem nardus esset uaria, utpote Celtica, montana, syluestris, Italica; haec, ad illarum differentiam, dicitur pistica. Non enim erat ἀπλῶς μύρον νάρδος, sed μύρον νάρδος cum emphasi πιστικῆς, quae uox mirum in modum excruciauit ingenia. Opiniones in compendium redegit Pfeiff. Dubb. Vex. N. T. Loc. 22. p. 914. Scaliger in Verb. Etym. ad Varron. uoc. PISTOR. πιστικὸν a πιστω, pinso, deducit, nardus expressa & contusa in liquo-



liquorem & unguentum. Sic uero *πικτικη* potius dicere-
tur. *Casaub. ad b.l. Stephan. Thes. t. 3. p. 141. Scapula, p. 1318. &*
Beza ad Marc. 14. 3. derivant a *πικτω*, liquida & potabilis, quae
iuxta *Athen. l. 15.* apta sit *προς τὸν πότον*; item *l. 6. νεγδον κατα-*
πικτω, uti reddit semel *Nonnus ἐξερσην, liquidam*. Sed enim *Ca-*
saub. ipse fatetur, *ἀναλογικώτερον* sic fore *πικτη*, & reuocat sen-
tentiam, *Ex. 13. Scult. Obs. ad Marc. c. 80.* suam facere uideretur
coniecturam *Ioh. Hartungi*, qui ex *Athenaeo* prope Babylo-
nem fuisse oppidum *Opis* dictum, ubi pretiosissima Nardi
unguenta confecta et in alia loca transportata sunt, demon-
strari posse, existimat. Sic legendum foret *ἐπιπικτικη*, *nardi*
opifiticae e *Babylonia*, Huic pollicem premit *Gerhard. Harm.*
c. 143. p. 115. At uero *Ioh. Cloppenburg.* mauult, si proprium
sit, dici ab urbe *Persica Pista*, ne scil. necesse sit, uellicare
lectionem receptam, aut mendum imputare librariis. Esse
autem *Pistam Persidis* urbem, probat e *Scholiasse Aeschyl.*, sta-
tim ab initio Tragoediae, quam inscribit *Persae* ad uerba
illa: *τὰδε μὲν Περσῶν τῶν διχομήνων*

Ἐλλάδ' ἐς ἄναν Πιστὰ καλεῖται.

Vbi sic post alias glossas *Scholiasstes* concludit; *Ἄγνωστοι δ' ὅτι*
πόλις ἐστὶ Περσῶν ἔσωθεν Πιστιέρα καλεμένη, ἣν συγκόβας ὁ Παιη-
τῆς Πιστὰ ἴφη. At monuit *Cloppenburgium Ludou. de Dieu,*
in Persia nardum non crescere, sed uocem potius cum re ar-
cessendam ex India: testari autem Abulfedam, Pistam esse
metropolin Caramaniae, uel regionis Cabul, ad Indum fluiu-
um, quod tamen taxat Clericus, dum Kirman sit meridiana
prouincia Persici imperii ad Oceanum, sed Cabul tractus Mo-
golenfis R. ad septentriones in finibus Tartariae. August. &
Nonnus accipiunt pro nomine proprio, Pistische Narden, uti
uulgo dicimus, Venetian. Glas, Indian. Geisse, Engel.
Zuch. *οπικτικη* est contra omnium codicum Graecorum
lectionem, & licet *Plin. ac Dioscor. Nardi Indicae, Syriae, Cre-*
tensis, aliarumque mentionem iniiciant, de *Opifitica* tamen
ne syllaba quidem apud illos extat. Non defunt, (e qui-
bus nominamus *Erasm. Camer. Castal. Zeger. Grot. ad Marc.*

14, 3. Hammond. l. c.) qui cenſent, *πιςικη* uocem per leuem μεταθεſιν factam e Latin. *ſpicata*, uel Graecos ex ſpicata feciſſe *ſπικατη*, uel *σπικατη*, corruptius uero Iudaeos κατὰ μεταθεſιν extuliſſe *נקתספ*, *piſtica* pro *נקתספ*, *ſpicata*, quod *Bynaeo* & *Sagittar.* non diſplicet, maxime quod ſpicatum ſpecies unguenti fuit nardini & antiquiſſimus Bibliorum interpres uertit: *Nardum ſpicatum*. Vid. *Salmaſ. ad Solin. p. 750.* & *Cleric. l. c. p. 295. Lightf. ad h. l.* uocem *πιςικη* ſyriaffare putat, quia *נאקדס* a *קק* hebraizat & *נקתספ* glans eſt, ſ. myrobalanum. Hinc, *נאקדסן* *πιςικην* eſſe nardinum balaninum, ſ. unguentum, ubi primas obtinuerit nardus & myrobalanum, opinatur. Sed, ut alia taceam, uox Syria, ſiue, quod uerifiſimile eſt, Talmudico-Graecanica Graecae eſt originis, quam Talmudici mutuati ſunt a Graecis. Nam *Syrus*, quando earum uim aſſequi non potuit, plerumque uoces *αυτολεξει*, iisdem literis, in translatione ſua retinuit. Ego, miſſis tantisper coniecturis, aſſentior illis, qui ſimpliciter uertunt *נאקדסן* *πιςικη*, optima, fidelis, uera, genuina, quod placuit *Ioh. 12. Syro* & *Arabi*, *Mt. 26. Ethiopi*, *Iosepho*, *Luthero*, qui, neruoſe admodum, reddidit: *ungefälschte*, *Schindlero*, *Calouio*, *Pfeiffero*, *Daffou*. aliis, qui deriuant a *πιςικη*, uel *πιςικη*, *nardus ſincera*, non deprauata, non adulterina, ſed genuina & fidelis. Erudite *Capellus in Spicil. ad Marc. 14. 3.* Eſt *נאקדסן* *αδολος* & *πιςικη*, pura & ſincera, ut apud *Artemidorum* *πιςικη* *γυνη* καὶ *οικουε*, *fida uxor*, Graece *δουμ* dici poſſet, reſponderetque phraſi Hebraicae *עובר עובר*, *Cant. 5. 6. 13.* *מורה דומ*, pura & ſincera, unde *verſ. 13.* *Chaldaeus* *כורר* *מור*, *μύρον εκλεκτόν*, *unguentum ſelectum*, *Syr. נאקדסן*, *principale*, *nardus βαρυτιμ*, *πολυτελής*, *πολύτιμ*. Ita *Euseb. Demonſtr. Euang. l. 8.* uinum myſticum in *Euchariftia* uocat *κραμα* *πιςικόν* *της* *καμης* *διαθήκης* καὶ *πιςικόν* *βαλσαμικόν*, & *Cäſaub.* ſolide demonſtrauit, *πιςικόν* Graecis id ſignificare. Plurimi Patrum ita explicant, nempe cum *Theophyl. Marc. 14. 3.* *την* *αδολον* *נאקדסן* καὶ *μετὰ* *πιςικου* *κατατιμωαſτεύσαν*. *Galenus* appellat *αμείγμων*, *ungemengte*, *Tibullus purum*,

purum, ut distinguatur ab adulterino & deprauato. *Plin. l. 13. c. 1. Dioscor. l. 1. c. 6.* Vid. omnino *Heinsius in Arist. S. p. 919*, qui asserit illic, LXX. uiris πισόν esse uerum & illibatum, ac πισόν cum πισικόν, uoce ultima V. T. aetate non infrequenti, facere idem; *Casaub. Ex. 14. f. 13. Salmas. ad Solin. & Sagittar. P. I. Passion. c. 3. p. 22*, qui breuiter, sed docte, scribit: Facile igitur in tanta fraudis copia usus loquendi obtinuerit, ut πισική uάεδ & diceretur, quae sincera esset, & nullo furo uitiata. Quam sententiam cum nostram faciamus, concludemus omnem hanc disputationem uerbis Veteris Vocabul. Pisticus, a, um, fidelis, a πίσις, fides: Vnde Nardum pisticum, i. e. fidele, purum, non adulteratum commixtione aliarum rerum. Magnum huic sententiae pondus ex eo accrescit, quod dicitur *Matthaeo uάεδ & μύρον βαλύτιμον*, graui pretio, *Marco πολυτελής*, *Iohanni πολύτιμον*, multo, uel magno pretio, f. pondere. Sub diebus enim Seruatoris eo maiore in pretio habebatur, cum illa aetate unica extaret urbs Laodicea, quae summo plausu unguentum istiusmodi conficeret. *Sagittar. l. c. p. 18.* Cum *Matthaeus* ait βαλύτιμον, & nascitur, siquidem graue, iudice *Bynaeo*, idem est Orientalibus, quod pretiosum, qui modus loquendi inde fluxit, quod Veteres pecuniam non numerabant, nostro more, sed communiter librabant, qua de re alibi quaedam commentabimur.

§. 7. Αλάβαστρον, Alabastrer = Flasche, *Mt. 26. 7. Marc. 14. 3.* Proprie est lapis albedine, f. candore, & leuitate insignis, ex quo uasa excuabant Veteres, teste *Polluce Onom. l. 6. & Plin. l. 13. c. 2. l. 36. c. 8.* Appellant aliqui Alabastritem, & nascitur adeo tractabilis, ut, uasis ex illo lapide cauatis, ipsa uitrea mentiri uideantur. Quibusdam dicitur ἄγγυ & μὴ ἔχων λαβᾶς, uas, quod non habet ansas, ἄνευ λαβῆς, quod minime prehendi potest, ab α τρητικῶ & λαμβάνουσι, iuxta *Suidam & Scholiasten Aristophanis.* Vid. *Norton. Knatchbull ad Marc. 14. 3. p. 20.* quod etymon tamen cum Clerico recte ridemus. *Salmas. ad Solin. c. 13. p. 187.* dici putat pro ἀνάβαστρον, u in λ Attice & Æolice conuerso, ut λίτρον pro νίτρον, πλεῖμων pro

πνεύμων, ἐλύθησιν pro ἐλύθησιν, λύμφας pro νόμφας. Sic ergo ἀνάβαστρος esset ab ἀναβάστω, ferre, gestare, βαστάζων. Ita quoque *Vossius & Suicerus. Clericus in Annot. ad Hammond. p. 197.* omnium uerissime Alabastrum ait nomen esse Arabicum huius marmoris, nam כצרה, *basfraton*, dicitur, & addito Arabico Articulo, כצרהא, *Albafstraton*, τὸ ἀλάβαστρον. Statuit id non propter Articulum modo Arab. הא, sed etiam quia ex Arabicis montibus caedebatur, atque inde primum aduectum innotuit. *Plin. l. 36. c. 7.* Onychen etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam alicubi, nasci putauere Veteres. Paulo post: *Nascitur circa Thebas Aegyptias, Damascus Syriae. Illic in Arabia Aegyptiaca urbs fuit propterea dicta ἀλάβαστρα. Plin. l. 5. c. 9. Ptolem. l. 4. c. 5.* qui montis meminit *Alabastrini*. Sed hac in re incognita nihil certi affirmare ausim. Ad rem propius accedendum est. Balsama in illis uasibus incorrupte seruabant. *Suidae* propterea ἀλάβαστρον dicitur λίθινος μυροθήκη. *Scholias. Antiph. ad Acharnens. p. 302. τὴν τῆς μύρης λήκυσον, uas unguentarium, Scholias. Callimachi ἀλάβαστρον τὰς μυροθήκας. Scholias. Theocriti in Eιδυλ. 151. p. 186. ἀλάβαστρα σισυή μύρων δέκτικα, uasa unguentorum receptacula, s. unguenta recipientia. Etymolog. M. Auctor; ἀλάβαστρον καὶ ἀλάβαστρεος λήκυσος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν, uasculum lapideum, in quo deponerentur unguenta. Athen. περιεγεγόντων τῶν παιδῶν ἐν ἀλαβίστροις καὶ ἄλλοις χρυσοῖς σκέυσι μύρα: Circumferentibus pueris in Alabastris & aliis aureis uasibus unguenta. Sic Herodot. refert inter munera, quae Cambyles rex Persarum, per legatos, regi Aethiopiae transmisit, ἀλάβαστρον μύρα, & *Aelian l. 10. c. 18.* Venus, inquit, Phaonti ἔδωκε ἀλάβαστρον αὐτῷ, καὶ εἶχεν αὐτῇ μύρον. Parili modo uetus Poëta, teste *Salmasio*, νάρδον ὑπὸ γλυκκῆς κλειομένην ὕδατος, *nardum in uiride uitrum inclusam. Theocritus* meminit χρυσῶν ἀλαβάστρον, & uetus *Vocabul. ὕδατος, uasis uitrei.* Ita *Epiphani.* nostrum uocat βίβιον ὕδατος. Consonat *Arabs. Luther. Desid. Erasim.* & acriter id defendit *Grotius ad Mt. 26. 7.* nec *Casaubono* displicet. *Suidas* dixit βίβιον μύρα,*

μύσθ, ἢ ἡλέειστο ὀξεύς, *urceolum unguenti, quo inunctus est Christus. Sagittar. l. c. innectit: Postea uero, cum e uitro & alia materia consulari coepissent eiusmodi uascula, etiam haec alabastra sunt dicta, prorsus ut pyxis dicebatur etiam aurea & argentea, quae tamen proprie a buxo fiebat, & nomen e re inuenerat. Fortassis igitur non abeunt a uero, qui alabastrum, cuius in Euangelio fit mentio, uitreum fuisse censent. Meo iudicio frustra taxant aliqui Lutherum, quod transtulit ein Glas. Accommodauit enim uersionem ad idioma linguae & morem loquendi inter Germanos receptum. De cetero priscis uitra elaborabantur e cornibus animalium, & lapidibus concuabantur, tam subtilia, ut lux transire & uasculum facile frangi posset. Fuit itaque uasculum, f. VITRVM lapideum, eine Mabafter-Glasche, oder Mabafter-Glas, cuius imaginem dedit Bynaeus, descripsit Plin. l. 9. c. 35, quod fuerit fastigiata longitudine in pleniorum orbem desinens. Romani dicebant guttum, quod oleum ex eiusmodi uitro aperto guttatim deflueret. Quidam cum Hammondo, Mariam non fregisse, sed tantummodo aperuisse, credunt, uti legunt Syrus & Aethiops. Knatchb. ad Marc. 14. 3. p. 20: *Concussit ergo, i. conquassauit, ut unguentum gratiorem odorem redderet, uel ut totum effunderet, nec quicquam in imo uasis resideret. Est n. συνείθεω, concutio. Gloss. uet. & συνείθεω συνείθεω i. e. conquassat.* Forlan primum concussit, deinceps confregit, dum συνείθεω manifesto hoc sensu extat. *Sagittar. notanter ait: Neque tamen credibile est, in minutas comminuisse particulas, quomodo unguentum, aut in terram, aut, una cum unguento, fragmenta uasculi in Christi caput incidissent: Verum, quod uasculum oris forsan angustioris esset, infregit unam atque alteram circa orificium particulam, ut totum, quod in eo erat, unguentum simul ac semel in caput Christi posset infundere, neque quicquam inde sibi reseruaret. Vid. Cleric. l. c. p. 198. Sed hac in re parum est situm. Nobis nosse sufficit, inunctionem non tam communis consuetudinis ergo, quam singularis cuiusdam mysteri significandi causa esse factam.**

§. 2. Olei inerat *λίγα*. Exercuit uox Eruditos. *Galen.* & *Erasm.* Latinae originis esse uolunt, b in t immutato. Ita quoque sentit *Beza*, *Gerhard.* alii. Sed enim a Graecis ad Latinos uenit, uti censent *Camer.* & *Drus.* dum sic reperitur apud uetustissimos *Poetas*, *Aristot.* *Diosc.* *Plutarch.* *Suidam*, *Hesych.* alios. Consentiunt *Hebraei*, sigillatim *Dau. Cohen de Lara* in *עיר רור*, p. 48. & *El. Leuita* in *Thisbi ad uoc. סלע*. *Grotius* ad *Iob.* 12. 3. Latinos accepisse a uicinis Siculis, hos a Macedonibus, et ab his Hebraeos, auctor est. *Kircher.* in *Supplem. Ling. Copt. Refl.* p. 508. Coptitas suum *λιδεα*, a Samaritanorum *אֶפְלֵא*, *לִטְרָא*, accepisse, putat. At enim uero Coptitae plurimas uoces, mutatis mutandis, a Graecis habent. *Synaecus* & plures alii nihil certi affirmant. *Drus.* „ad h. l. Utuntur hoc uocabulo Hebraei. Nam dicunt *לִטְרָא*, „quod a Graecis acceperant, non ab Latinis. Aut certe Graeci „sumferunt a Phoenicibus, quorum lingua Hebraicae cognata „erat. Nam, Latinum uocabulum esse *λίτρα*, mihi non per „suadet *Galenus*. Potius assentior iis, qui dicunt Graecum. „*Elias Thesbite*: In lingua Doctorum nostrorum *לִטְרָא*, *זוהב*, „libra aurea, & in plurali *לִטְרִין*, librae uox est linguae Grae- „cae, quae latine libra dicitur & Germanice *Pfund.* Ego, uocabulum tuto ab Orientalibus arcessendum, putarem. Nam *Chaldaei* habent *לִיטְרָא*, *Talmudici* *לִטְרִין*, *Habesseni* *לִטְר*, *lytr*, *Samaritani* itidem *אֶפְלֵא*, *לִטְרָא*, *Arabes* *رطل*, *retlon*, uel *ritlon*, cuius radix extat *رطل*, *atala*, librauit manu ponderis explorandi causa, apud *Golium*, *Lex. Arab.* p. 999. Inde ab Oriente ad Graecos *λίτρα*, Coptitas *λιδεα*, Latinos libra transmigravit. In uocum enim aliam in linguam migratione commutantur uel literae consonae, uel literae uocales, uel tonus. *Pfeiff. Dubb. Vex.* p. 931. Veteribus uero pondera, f. pondo, in usu erant, quibus ad ponderandum usi, ac mensura, ad oleum, aliasque res liquidas, adhibita, quae tamen accuratissime ponderibus aestimabantur. Romanus libram partitur in 12 partes, quarum quaelibet *uncia* dicitur, qua de re

de re *Budaeus* prolixè agit. Graeci inter pondera Medica nūmerant *λίτρα*, quae ualeat 12 uncias, drachmas 96, scripula 288, obolos 576, aereolos 4608. Vid. *Gronou. de Pecun. Vet. l. 3. c. 9. & l. 4. c. 17.* qui sic concludit: *λίτρα Siculis pondus & nummus genuit libram, quae pro pondere placuit Romanis. Matth. Hostus L. 1. c. 16. de Mens. Vet. Pfeiffer. Antiq. Graec. l. 2. c. 47. p. 334. Salmas. ad Solim. p. 458.* qui sepe addit: *Romani posterioribus deinceps Graecis tradiderunt. λίτρα uero Graecorum & Romanorum libra aequipollent. Fuit tamen libra & ponderum & mensurae, illam pondo, hanc mensuram nuncuparunt. Sueton. in Vir. Caes. c. 38.* Romano more oleum uendi consueuit cornibus, quae unam capebant mensuralem libram, quod ex *Galeno* constat, qui *λίτρα* dixit *λίτρα*. Quamuis non semper eiusmodi cornua fuerint unius librae, sed quaedam etiam duarum, uti uidere est ex his *Horatii* uerbis: *Cornu ipse bilibri caulibus instillat, ueteris non parcus aceti.* Cornu bilibre enim est uasculum corneum, duarum olei librarum capax. Cum igitur Iudaei cum Gentilibus una uersarentur, non potuit fieri, quin illorum consuetudinibus indies afuescerent. *Bynaeus de M. C. l. 1. c. 3. p. 750.* *λίτρα* fuit etiam numismatis genus Siculis usitati, & id parui admodum pretii. Nota *τῆς λίτρας* compendiaria apud Veteres haec *λ'* erat. *Pollux l. 9. Steph. Thes. App. p. 1385.*

§. 9. Inungendi ritus mos perantiquus est, quem *Maria* ex Hebraeorum more retinuit, licet illo aliud quid, quam uulgo fieri consueuerat, innueretur. *Iohannes* commemorat, pedes a *Maria* esse unctos. *Matthaeus* autem & *Marcus*, unguentum super caput effusum, docent. *Caluin. Gualtper. Paraeus*, alii, oleum copiose effusum, ex capite in pedes usque, per uestes, defluxisse, qualem effusionis descriptionem habemus, *Pf. 133. 2.* statuunt. *Bynaeus* & cum ipso plures alii assentiunt *Augustino*, qui mulierem prius unxisse pedes, & postea, quod ex unguento supererat, orificio uasis fracto, in caput effudisse, contendit. Graecis in consuetudinem iuisse, uetustissimi scriptores tradunt. Aliquan-

do pe-

do pedes inungebant, teste *Athen. Deipnos. l. 15. c. 12.* cum affirmat, antiquos in unguentorum usu admodum curiosos, atque nimis scrupulosos fuisse, singulisque corporis membris unguenta designasse, quod ut probet, aduocat *Antiphanis*, *Cephisodori* & *Anaxandridis* uersus, qui clare docent, pedes unctos unguento Ægyptio atque Bacharino. Ab *Aristophane* allegatur *Philocleon*, cuius pedes a filia inuncti, ubi *Scholias*te subiicit; Παλαμὰ ἢ διὰ τῶν γυναικῶν τημέλια, καὶ ἄτως ἐτημέλῃν ἰδὲ πατέρας καὶ γέροντας, ὥστε μετὰ τῶ νήψα ἀλείφειν τὰς πόδας. *Antiqua mulierum obsequia* (scil. lotio, unctio, pedum deosculatio,) et sic curabant patres & senes, ut, postquam lauassent, inungerent pedes. *Aristophanes*, eleganter admodum, meminerat lotionis, unctiois, deosculationis, quae tria maxime in epulis honoris & amoris ergo Dominis exhibebantur ab uxoribus & inferioribus. *Plato de Rep. 3.* quando ait; μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς &c. praemittit, in honoris maximi testimonium. *Iul. Pollux. Onom. l. 6. c. 16.* ὅτι δὲ καὶ μύρον ἐν τοῖς συμπόσοις ἐπιμνησέον, unguenti in conuiuio recordandum. *Athen. ex antiquo Poeta:*

Ἀντὶς ἐπεὶ δόρυποιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἔντο,
 Ὁρᾷ πᾶσις ἡλθε φέρον μύρον. *Cum coenae dulcis desiderium deposuissent, formosus uenit puer ferens unguentum.*
 Unguentorum in caput effusio extat apud eundem *Athen. ex Archestrato adducta.*

Ἄντὶ δὲ σφάνοισι κέρα παρα δᾶτα πυλάξῃ,
 Καὶ σαλίσσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπτει. *Densas coronas in conuiuio capiti impone, & comam unguentis stillantibus bonis orna.* Consonant *Antiphanes*, *Plutarchus*, *Hesychius* & *Scholias*tae ueteres. Vid. *Dougl. Anal. S. ad Luc. 7. 38. p. 52. sq.* Frequens unguentorum apud Romanos usus ex *Cicerone*, *Catullo*, *Martiali*, *Suetonio*, ceteris innotuit. De Hebraeis idem testantur scriptores sacri, 1. *Paral. 12. 40. Ps. 23. 5. XLV. 8. Eccles. 9. 7. 8. Cant. 1. 2. Ezech. 23. 41. Hebr. 1. 9. 1. Iob. 2. 20. &c.* Vid. etiam *Gen. 18. 4. XIX. 2. XXIV. 32. Iud. 19. 21. Lightfoot. Hor. Hebr. ad Mt. 26. 7. p. 375.* qui neruose

uofe admodum feribit : *Vfitatiffimum erat in epulis, praefertim facris, oleum aromatibus conditum, folitumque eft, illud capiti alicuius praefentis illinere.* Hierof. Berac. fol. 11. 2. *Schola Schammaeana dicit : Oleum fuaue dextra tenet, at poculum uini finiftra. Recitat primum benedictionem fuper oleum & dein fuper poculum. Schola Hilleliana dicit : Oleum dextra, poculum finiftra. Benedicit fuper oleum fuaue, atque illinit capiti miniftrantis. Si uero miniftrans fit difcipulus Sapientum, illinit parieti, nam indecorum, i. e. iuxta ftragulas pedum eius. Si uult digniffimus cum fecundo ab eo colloqui, necesse eft, ut fe erigat e recubitione fua, ita, ut erectus fedeat &c.* Regibus in primis ac Dominis oleum in caput effundebant Antiqui. In nuptiis capita Magiftrorum inuncta, *Babyl. Cherubb. fol. 17. 2. Lightf. H. H. Marc. 14. 3. p. 456.* Ad caeremoniam illam Chriftus alludit, quando *Luc. 7. 46.* obiicit Simoni : *Oleo caput meum non unxifti, & Mt. 6. 17. Tu uero quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua.* Pedum lotio ante cubitum ufitatiffima. Orientales non geftabant calceos cauos, aut tibialia, fed foleas, *Gen. 14. 23. &c.* Aeftus in Oriente quoniam proficifcentes ualde delaffabat, inde aqua ad refectionem opus ifti habebant. Pedes infuper cum puluere admodum confpurcarentur, lotiones frequenter iterari debebant. Non autem lege quadam, ut lotio manuum, pedum lotio inculcata eft, uti recte notat *Hotting. ad Goodw. Mof. & Aar. p. 482.* fed fimplicis potius, nudaequae confuetudinis lauacrum fuit, de quo *Ralbag ad 1. Sam. 25. 41.* fic fatus eft : אמרה זה על צר הענוה להורות שרי אם תהיה לאשה לאחר מעברו דור ותרחץ רגליו כמנהג האשה לבעלה ; Haec uerba humili animo dixerat Abigail, fatis sibi fore, si quendam feruorum Dauid in maritum habere queat, atque eius pedes lauare, uti uxor hoc officium praestare solet. ποδολαύαν uxorium fuiffie officium, *Maimon. Tr. אשות c. 21.* rotundis uerbis afferit : וידיו פניו ורגליו כל אשה רוחצת לבעלה פניו ורגליו, unaquaeque uxor mariti faciem, manus & pedes lauar. Fiebat tamen alias per feruos, ancillas & uiliffimos do-

C

mus,

mus, unde Christus, ὑπόδεγμα ταπεινότητος, *humilitatis exemplum*, relicturus, lauit pedes discipulorum, *Ioh. 13. 5.* Et Abigail de se faretur: *Ecce ancilla tua pro famula erit ad lauandum pedes seruorum Domini mei 1. Sam. 25. 41.* His praesertim ex caulis uasa in aedibus apposita, seu *πελούς, peluis*, *Ioh. 13. 5.* uel, ut cum Graecis loquar, *ποδοπιτήρ, pedluuium*. Vtui uero illi uulgaria communiter uasa destinata, quo trahunt, nec male, illud: *מאכ סיר ררזי, Moab est olla lotionis meae*, *Pf. 60. 10. i. e.* interprete Goodwino, p. 484. *Moabitae ita mihi substernentur, uelut pollubrum pedibus meis.* Vid. *Luc 7. 38. Ioh. 13. 4. 5. & c. Lightf. ad Ioh. 12. 3. Dougltaeus in Anal. S. ad Luc. 7. 38. p. 52.* Sicuti uero res inusitata, iudice *Lightf. ad Ioh. 13. 5.* ut superiores lauarent pedes inferiorum, quod Seruator fecit discipulis, quem ritum *Papa R.* ex superstitione imitatur quotannis, et nimiae sanctitatis, uel, quod uero similius, superbiae affectu, ut se Vicarium Christi uenditet: Sic unctio pedum ἀπλώς *specitata* non erat res insolita, ut in errore hoc uersatur *Baron. Annal. 1. ad A. C. 32. Num. 26.* quando putat, non nisi Athenis apud aliquos deliciis deditos & delicatas uirgines in usu fuisse, quem ideo, nec immerito, castigant, *Casaubon. Exerc. 14. c. 12. p. 297. & Byn. de M. C. l. 1. c. 3. p. 254. & 257. Sagittar. P. 1. Passio. p. 170.* Lauandorum pedum ritus *priscoe Ecclesiae Christianae antiquissimus est*, unde *Mt. 5.* inter alia uiduuae in Ecclesiae ministerium cooptandae ueriticia refertur: *Si sanctorum pedes lauit.* Postea in quibusdam Ecclesiis receptum more fuit, ut post *Baptismum* lauarentur *baptizatorum pedes.* *Ambros. l. 3. de Sacr. c. 1.* *Qualis lotio interdicta fuit in Concilio Elibertino A. C. 305. Can. 48. ad quae uerba Binius, tom. 1. Concil. Neque censeo in hoc Concilio interdictum, nisi tantum, ne fiat a sacerdotibus.* Non sine causa fortassis. *Lasciuire enim coeperunt sacerdotes. In aliquibus Ecclesiis S. Eucharistiam accessuris pedes lauabantur. In primis autem homines religiosi piorum hospitum, ut & pauperum pedes abluebant.* *Tertull. ad Vx. l. 2. c. 4.* *Tale humilitatis specimen, ad exemplum*

exemplum CHRISTI, postea exhibuerunt Magnates utriusque sexus. De Helena Constant. M. matre referi Nicephor. 8. c. 31. Ipsam sacris Virginibus ad epulas uocatis suis manibus escam apposuisse, malluuium & aquam praebuisse, aliaque omnia ministeria obiuisse, quae conuiuii inuitatis exhibere, moris est. Nec hodie mos in desuetudinem abiit. Nam, praeter Imperatorem R. Regem Angliae & Galliarum, ipse Papa R. die Viridium pauperibus quibusdam pedes iam ante lotos & odorifera aqua imbutos lauet, lotos mantili tergat, abstersos osculetur, id quod pluribus enarrat Simeon Maiolus, *Dier. Canicul.* P. 3. Colloq. 6. In se non improbatur pedum lotio. Sed eidem meritum adscribere quoddam, aut eandem pro sacramento uendicare, aut ex superstitione quadam id officij prosequi, hoc est, quod, in uitis ponendum esse, & censuram mereri, duco. Mulier nostra pedibus Seruatoris est aduoluta & inungit istos, ut patrium morem imitetur, supplicum ritu, tristitiae, fiduciae, honoris & amoris testificandi causa.

§. 10. Pedes humectat lachrymis & abstergit capitis sui capillis. Nam Antiqui discumbentes calceos, s. soleas, exuebant, ne lectulos profanarent. Vnde Plato de *Sympos.* Πολύτης πᾶσις Ἀλκιβιάδην, ἵνα καλῶνται, soluite famuli (Pagen) Alcibiadi soleas, ut ad mensam accumbat. Exempla plurima apud *Aristoph.* *Marzial.* *Plaut.* alios prostant. Hebraeos uero discalceatos recubuisse, copiose asserit *Bynaecus de Calc.* *Hebr.* l. 2. c. 1. §. 8. Vid. *Lipf. Antiq. Lect.* l. 3. *Ciaccon.* & *Visin. de Triclin.* & *Hier. Mercurial.* qui in *Appendice l. 1. c. 11. de Art. Gymn.* hoc in argumento prolixus est, ac insimul ritus imaginem exprimit, quam repetit *Bynaecus de M. C. l. 1. c. 3. p. 260.* Praeterea Veterum foeminae, ut nostrae, cum sequior iste sexus munditiei nimis studiosus sit, in capillorum ligatura ornamentum quaerebant. *Capillitium*, interprete *Bynaeco*, aliquando ad talos usque promissum in crines & sertas diuisum, & in capite conglobatum & spiratim conuolutum mulieres gestarunt, quam consuetudinem damnant Apostoli in primorum Christianorum matronis

tronis & uirginibus, *1 Tim. 2. 9. 1 Pet. 3. 3.* Inter Patres praefertim *Tertullian.* in consuetudinis abusum inuehitur, quando crines eiusmodi spiratim conuolutos, quos Germani *Haarlocken*, Galli *favorites* uocant, ob abusum maximum, funes Satanae, qui ad captiuandos iuuenes tenduntur, iusto nomine appellat. In tristitia tamen constitutae passis sedebant capillis, quod patet ex *Es. 47. 2.* &c. ad quem locum Magistri notant, tempore captiuitatis, luctus, aut alterius cuiusdam moeroris, capillos solutos & circum colla fluitantes habuisse. Tum etiam, quod Romanos attinet, ex *Liui.* *Petronio*, aliorumque scriptis inclarefcit. Confirmant id Veterum marmora, ac nummi post Hierosolymarum excidium cusi, qui imaginem sistunt passis crinibus ad arborem sedentis, aut stantis foeminae, cum addita inscriptione: *Iudaea capta.* Peccatrix similiter moeroris plena subtristis accedit, non sine arcano quodam ductu, *εις τον ενταφιασμον.* Pro lintheis comam adhibet dissolutam & diffusam, atque capillis pedes abstergit. Minus circumspecte ceteroquin agunt, qui cum *Casaub.* & *Bynaeo* hoc abstersionis exemplum uel cum more Veterum Gentilium conferunt, uel ex antiquis Ethnicorum ritibus illustrant, siquidem ab istiusmodi crisi Christianos abstinere oportebat. Sic enim *Casaubon. ad Luc. 7. 38.* abiecte scribit: *Huius moris extat uestigium in Romana historia. Legimus enim, imminente aliquo Reipubl. periculo, (ut cum Annibal esset ad portas,) Romanas mulieres solitas, Deum aras suis capillis abstergere &c.* Apud ueteres quidem paganos magno in honore semper habebatur oleum, adeo, ut simulacra, saxa, stipites, & quoduis demum adorabile, eo delibuerent, aut delibutum uenerarentur; *παν ξυλον η παντα λιθον, το λεγομενον, λιπαρον προσκυνησις, quoduis lignum, & quemcumque lapidem, modo unctum, quod aium, adorantes, Clem. Alex. Strom. l. 7.* Sed ritum hunc mutuati sunt Gentiles ab Hebraeis, ut exemplum extat, *Gen. 28. 18. Surgens ergo (Iacob) mane tulit lapidem, quem supposuerat capui suo, & erexit in statuam fundens oleum in summitatem*

mitatem eius, quae Jacobi inunctio non fit supersticioso, aut idololatratico cultu, quod scite monet *August. de Civ. Dei l. 16. c. 38.* sed mystico sensu inunctionem angularis lapidis, *Act. 4. u.* Christi, praemonstrat, quod contra *Marshamum & Spencerum* obseruandum, quando Hebraeos, permissione diuina, morem Gentilium assumpsisse, non sine scandalo, perhibent. *Dougltaeus, Anal. S. ad Gen. 28. 18. p. 31.* De reliquis, qui huc poterant duci, ritibus, & pedum deosculatione Sect. II. de Oscul. Iudae, pro instituti ratione, pauca adnotabo.

§. II. Iudae uox, origine Hebraea, uenit ab radice ירר, manauit, emanauit, & actiue emanare fecit, emisit, eiecit; In Coniug. Hiphil confessus est, celebrauit, laudauit. Datur radix huic affinis ירהר & apud Graecos δίω, expello rem dimanantem, item αἰδέω, αἰδέω, cano libera uoce gloriam DEI, ut ad alios dimanet. Atque sic ui uocis Iudas designat confessorum, laudatorem, filium celebrationis & ירהרה, publicae confessionis, quale nomen mater Patriarchae dedit Iudae, quod a partu eius Deum laudaret, *Gen. 29. 35.* Prifcis enim res non casu, aut fortuito, sed προαγγελουός, consilio, pleraeque nominibus appellabantur. Post tribuum scissuram soli tribui Iudae nomen hoc tributum est, adiunctaeque tribui Benjamin, quae, iunctim spectatae, regnum Iudaicum constituiebant. Postremum omnes promiscue dicti sunt Iudaei. Hoc nomine noster Iudas degener & periurus insignitur saltim λεγομένως, κατ' ἀντιφρασιν; *Simon* autem a patre, more gentis suae perantiquo; *Ischarioth* denique non ab יאיש, uir, & כרת, abscisso, exterminium, quod turpissima defectione seipsum a Christo, ἀξιθμῶ τῶν δόξανα, & uita aeterna absciderit, quemadmodum libellus repudii, βιβλίον ἀποφασίς, Talmudicis כריתות ספר, liber abscissionum, dicitur: Neque a שכר, merces, & נטה, defecit, mercede quasi inductus ad defectionem, uti uult *Tremell. ad Mt. 10. 4.* Neque a סכר, strangulauit, uti scribit *Iunius ad Mt. 10. 4.* Aliis secariunt marsupium appellatur & Secariunta ὁ ἐχὼν γλαυκῶς κομοῦν, *ur Iob. 12. 6.* Sed ego, omnibus expensis, per anticipationem, statuo appellari, quasi strangulatum dicas, qui ultro declinauerit

avertit ad strangulationem sui, ut narratur *infer. 27. §. & Act. 2. 18.* Est enim *Secar* strangulare Syris & *Mascera* strangulatio, cui sententiae etiam subscribunt *Waser. de Antiq. Num. Hebr. l. 1. c. 19.* & qua partem *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Mt. 10. 4.* Nec ad illos accedere possum, qui, idem forte significare, quod *Iudas cum cinctorio*, arbitrantur, quando aiunt: *Secariut marsupium & Secariuta* ὁ ἔχων γλωσσόκομον, unde *Ischariotes* portitor *Glossocomi*, siue *Glossocomarius*, *Iudas cum cinctorio*, in quo veteres consutas habebant crumenas, in quibus nummos circumgestare consueverant, prout ex *Aruch ad vocem אפונרה & תרמיל* aliqui notant. Forfitan ab urbe, aut patria, uerius notionem deriuant *Angel. Canin. Beza, Scultet. Vossius, Drus. Caue, Grotius*, qui tamen a se inuicem discrepant, dum illi eam deducunt a קריות, urbe, *Ios. 15. 25.* hic autem, nempe *Grotius*, deriuari censet ab ישב & יששכר, ein Mann von Isascharr, quod nomen extat, *Iud. 10. 1. &*, addita terminatione Graecis familiari, *Ischariotes* pronuntiaretur. Rationes, quas afferunt, sequentis sunt tenoris: 1.) Codices non pauci legunt *Σακαριώτης*, ipse interpres *Syrus* habet *ܣܚܪܝܘܬܝܬܝܢ*, & *Codex Cantabrigiensis*, qui *Theodoro Bezae* fuit, ἀπὸ Καρυώτης, a *Caryoto*. 2.) *Chrysof. Theophyl. & Hieron. ad Mt. 10. 4.* ita sentiunt. 3.) Cum perosque inter *Eruditos*, *Apostolos Iudaeos* fuisse, constet, nomen, oportet, ab *Hebraeis* deducamus. 4.) *Ios. 15. 25.* urbis fit mentio *Carioth*, קריות, & scimus omnes, qui a patria describuntur, uocari eius loci uiros, uel filios, sed praesertim uiros, *Efr. 1.* more Gallico, *enfant de Paris*. Insuper autem hic noto, aliquas dictionem nostram deriuare a solo uocabulo קריות, quae *Syria* dialecto, aut fortassis *Hebraea*, *Apostolorum* memoria *Iudaeis* familiari, legeretur סקריות, ut סקבל pro קבל, caligo, סגרגר, granum, גרגר, & סגלגל pro גלגל, rotundum, ac praeposita *Iod* *Ischariotes*. Solitum enim, iis nominibus, quae a gemina consonante incipiunt, annexi literam i, ut *Isnavia* pro *Σπαρία*. Sic *Turcae* hodie ex *Scopia* faciunt *Is copia*, ex *Scodra* *Iscodra*, *Galli* ex *schola* suum

fium escolae &c. *Bynæus de M. C. p. 279.* qui omnibus expensis, tandem subiicit: *Quare hic ἐπέχειν malo, quam dubia dicere & incomperta, maxime cum parum hac in re situm sit.* Vid. *Kempii Diss. de Osculo Iudae, Art. 2. §. 4. p. 32. sqq.*

§. 12. Iudas, cum illum unctio, quae, ut in se est καλὸν ἔργον, talem hic censuram non merebatur, male haberet, indignationem his uerbis prodit; Ἐπετίη ἀπόλεια, ad quod perditio illa, inuultis profusio iuxta *Bezam, ἀσῶτια & חרות* iuxta *Grotium, luxuria, prodigalitas, profusio, nequitia, perditio?* Quae ratio loquendi nec Hebraeis inusitata. Graecum enim ἐπετίη respondet Hebraeo למר, ad quid, quare, *Gen. 25. 22. & 32. Esf. 1. 11.* Adiicit proditor, ut pessime sentit, grauem rationem: *Poterat enim uenundari plus quam trecentis denariis.* Δηνάριον, Denarius, proprie uox est Latina. Scriptores enim sacri, ut *Bynæus*, nec male, tradit, retinuerunt Romanum nummi Romani nomen, quomodo & ἀσάριον, assarius, & κωδράντης, quadrans, apud ipsos occurrunt, neque aliter a profanis scriptoribus est factum. Denarius uocatur, quod decem assibus constabat, &, teste *Plinio, l. 21 cap. ult.* idem ualebat, quod apud Athenienses drachma. Vnde *Cleopatra; τὸ Ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμῶν ἄ; Romanus denarius continet drachmam*, siue tres grossos, einen halben Orthys & Haler, & cum *Zuza* unius est pretii, affirmantibus id *Hebraeorum Magistris, u. c. R. Gedalia in Schalsch. Hakkabb. p. 88.* דינר וזו הכל אחד, Dinar & Zuza omne unum sunt; & *Elia Leuira in Thisbi ad uoc. דינר*, quando ait: זו דינר, Dinar est moneta, uocatur in lingua eorum דינר, & idem ualeat, quod זו; item ad uoc. זו ל. c. רבע שקל כסף, quarta pars Sicli argentei. Vnde *Kimchius: השקל ארבעה זוזים, Siclus continet quatuor Zuza*, quare *Syrus* etiam δραχμῶν, *Luc. 15. 8. 9.* uertit זוזין, Zuza, & τὰ διδραχμα, *Mt. 17.* זוזין לזנה וזין, duo Zuzin. Δηνάριον erat numisma centus, *Mt. 22. 19.* &, interprete *Goodwino*, denarius sacer, qui constituit διδραχμῶν Atticum, *Mt. 17. 24.* erat dimidia sicli pars, ἡ מחצית השקל, dimidius

dimidius sicus, *Exod. 30. 13.* qui antiquissimis Hebraeorum temporibus quotannis a quouis Israelita trigessimum annum affecuto pendendus erat, eum in finem, ut inde sacrificia iugia, ferta, libamina eorum, manipulum, duos panes Pentecostales, panes propositionis, fuffitum, et si quae alia publico nomine sacra fiebant, emerent. Vid. *Tract. מִן הַקֶּשֶׁט*, c. 4. & *Aben-Esra ad Neh. 10. 32.* Mansit illa pendendi consuetudo ad excidium usque Templi, quare *Ioseph. de B. I. lib. 7. c. 26. p. 983.* submonet; φέρον δὲ τοῖς ὅπσις δὴ ποτ' ἔσσις Ἰσραήλ, ἐπέβαλε δύο δραχμάς ἑκάστου κλέυσεας ἀνά πᾶν ἔτ' εἰς τὸ Καπιτώλιον φέρον, ὡς περ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεῶν στυβαίον; *Stipendium uero, ubicunque degerint, Iudaeis indixit, binasque drachmas singulis deferre in Capitolium iussit, ita ut antebac Hierosolymis Templo pendebant.* Caesar, ut habet *Goodwinus*, hunc Templi centum suo gazophylacio inferens abstulit τὰ 78 ὄσ. Hinc Christus in quaestione illa uexata: *Licet censum dare Caesari, annon?* Respondet: *Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo.* Hic igitur census postea in decreti Vespasiano facti Capitolio etiam Romano deponus est, ut ex *Iosepho* constat. *Hammond. ad Mt. 22. 20. p. 166.* Denarios huiuscemodi Caesaris imaginem cum nomine *Augusti* & anno *captae Iudaeae* habuisse, existimat. Sed bene *Clericus*: *Denarius potuit esse Tiberii aequae ac Augusti, nec necesse erat, subactae Iudaeae annum in eo legi. Exigebatur duntaxat Denarius, in quo Augusti, aut Tiberii imago cerneretur.* Figuram eorum, qui diebus Seruatoris cusi sunt, exhibet *Marquard. Freyher. de Numism. Censu & Cass. Waser. de Num. Hebr. l. 2. c. 20.* Ex uno latere apparet Caesaris imago cum inscriptione: **TI. CAESAR. AVGVSTI. F. IMPERATOR**, atque sic amplius; Ex altero Vestae forma sellae infidentis, quae dextera lanceam, frondem olei sinistra tenet, his additis literis: **PONTIF. MAXIM.** Scriptura autem meminit Romani nummi, denarii, quia Caesaris nuntii, s. praefecti, pecuniam R. in Syria & Palaestina uulgarant, & Imperator ab **sabactis**

subactis Iudaeis denarios, tanquam ordinarium censum, exigeret, quod, ut ob breuitatis itudium cetera raceamus, uel ex sola inscriptione nummi, cuius mentio a *Matthaeo* facta est, cap. 22. 16. 17. 19. apparebit. Vid. *Lips. de Magnif. Rom. l. 2. c. 3. Selden. I. N. & G. l. 6. c. 17. Casaub. Ex. 16. c. 6. Goodwin. Mos. & Aar. p. m. 969. ed. Hotting. & Bynaeus de M. C. p. 287.* Summa pretii, uidelicet 300 denariorum, importat 37 thaleros & 12 grossos. Nam Romanorum denarii erant argentei, aurei uero, si qui darentur, fuerunt peregrini & aduentitii, uelut *ἀμύχρσοι* Attici, quod obseruat *Gronou. de Pec. Vet. l. 3. c. 15. & Bynaeus, l. c. p. 287. sq. contra Lightf. Hor. Hebr. in Marc. 14. 5.*

§. 13. *Γλωσσόμοιον*, f. *γλωττόμοιον*, Veteribus proprie fuit arcula, f. theca tibiarius ligulis recondendis idonea, a *γλώσσα*, *lingula* tibiae, & *νομῶν*, *cuo*, *curam* gero. *Versio Interlin. Beza, Piscator: Marsupium; Belgae: De beurse, crumena, ita Castalio & Cocceius; LXX Senibus, Aquilae & Theodot.* idem est, quod *ארון*, *arca*, uel *cista*. Sic *Chaldaeus* Hebraeum *ארון*, *Gen. 50. 26.* exprimit per Graecanicam uocem *ἄρκα*. Talmudicis uox illa non infrequens, & iuxta *Cohen de Lara* in *עיר דוד*, p. 27. est feretrum, loculus, in quo cadauera deponuntur. Nonnus interpretatur *δεξατέρην χηλὸν*, ut *Hesychius* explicat, *ligneam cistam*. Denotant illae uoces, tam apud Hebraeos, quam Graecos, 1.) *feretrum*, loculum, ut ipsum nomen Latinum, in quo reconduntur cadauera, *Gen. 50. 26.* *ארון*, id est, *ἄρκα*, *arca sepulchralis*. Vid. *Moed Karon, fol. 24. v. & Massech Semachoth c. 3. & c. 2.) cistam*, f. arcam, in qua reconduntur thesauri, aliaeque res pretiosae, unde *Gazophylacium* & arcam *Corbanicam* LXX. uiri uertunt; *Γλωσσόμοιον*. Ita *Talmudicè* explicant uoces Graecienfes *ἄρκα* & *ἄρκα*, quas Hebraei ab Graecis mutuati sunt; Atque *Syrus* parili modo suum *ܐܪܘܢܐ*. *Ioh. 12. 6. 13. 29.* Consonant *Aquila* & *Theodot.* item *Lightf. Hor. Hebr. ad Ioh. 12. 6. p. 653. Et*

quare, inquit, non potest legi pro scrinio, aut arca? Nam non dicitur, quod Iudas εἰβάσαζε γλωσσόμοιον, sed quod εἶχε γλωσσόμοιον & εἰβάσαζε τὰ βαλλόμενα. Ita, ut nihil prohibeat, quo minus per γλωσσόμοιον significari possit cista, uel scrinium pecuniarum domi situm, cuius clauis erant penes Iudam, ad quod reportauit ille τὰ βαλλόμενα. Pro arcula portatili sumit Hugo Grotius, quando ad l. c. notat: Creditur fuisse arcula oblonga & angusta, quam iter facientes secum ferre poterant. 3.) Crumenam designat habentem multos sacculos, uel einen Beutel, cuiusmodi mercatoribus in primis iter facientibus etiamnunc in usu, ut idem sit, quod רסי רסי, iudice auctore Lexici Aruch, θύλαξ, θύλακος, θουλίον. Ita interpretantur Drus. Bynaeus, Camer. alii, quam translationem cum D. Luthero, qui fontes optime secutus, & nostram facimus. Fuit enim procul dubio locus, f. crumena oblonga, Zonae instar, qualem proficiscentes circumgestant, quam ad se adplicant, uentrique circumiiciunt. Huiusmodi crumenam Germani dicunt eine Raße, alias einen Beutel. Nam ein Beutel und eine Raße quandoque ἰσοδυναμῶντα sunt, aut sic discrepant, ut latius interdem & angustius, ut Genus & species differunt. Graeco nomine sigillatim γλωσσόμοιον appellatur, a similitudine, f. forma linguae, qualem crumena huiuscemodi repraesentauerit.

§. 14. Ἔργον καλόν, uti Camero in Myroth. Euang. ad Mt. 26. 10. arbitratur, phrasis quoque est Syro-Chaldaea, עבדה טובה עובדה טובה, egregium ac pulchrum opus, interprete Erasmo ad l. c. Syriace sonat **עֲבֹדָה טוֹבָה**, opus elegans, decorum, laudabile, gratum, non ἀπόλεια, non perditio, non ἀσωτία, ut prodicione infamis ille impostor aiebat, sed καλόν, אשירה, טוב, f. טובה, quae uoces Orientalibus non ineleganter significant: egregium, elegans, pulchrum, integrum, laudabile, atque sic exactissime Graecum καλόν exprimunt.

§. 15. Servator finem, propter quem illa mulier id fecerit, statim subiicit, nimirum πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με, Mt. 26. 12. εἰς τὸν ἐνταφιάσμον, Marc. 14. 8. εἰς τὴν ἡμέραν ἐνταφιάσμου μᾶρ., Iob. 12. 7. Grotius Mt. 26. 12. adnotavit, τὸ ἐνταφιάσαι interpretandum esse per ἐδέξην uoculae ἀρεῖ, fecit quasi ad me pollinciendum. Quam uocem prudenter, ut & in hac apud Marcum historia, addidit Syrus interpres, quando uertit :

ἰδοὺ τί ἐποίησα ἵνα ἐνταφιάσω
 ἑαυτὸν ἐν τῷ σώματι μου ἵνα
 ἀναπαύωμαι ἐνταφιάσει μου.

Hoc autem, quod misit aromaticum hoc in corpus meum, tanquam ad sepeliendum me fecit. Sic, apud Homerum ὡς comparatiuum saepe subaudiri, notant Interpretes. Voci ἐνταφιάζειν magnum pondus inest. Significat enim condo inтра ἐντάφια, id est, sepulchralia lintea, ut explicatur apud Isocratem & Plutarchum; Atque ita proprie non designat a- tum ipsum ταφῆς, seu τὸ θάπτειν, sed omnes actus praecedentes praeparatorios, qui praesertim consistebant in un- Etione & ἐνταφίω inuolutione, de quibus infra P. III. de Sepultura Christi plura dicemus. De discrimine hoc iam olim Augustinus: Non inuenit lingua Latina, quemadmodum ap- pellaret ἐνταφιάσαι. Non enim ipsi sepeliunt corpora mor- tuorum, quod Graece est non ἐνταφιάσαι, sed ἑθαψαι. Illi ergo ἐνταφιάσαι id agunt, quod exhibetur corporibus human- dis uel condiendo, uel siccando, uel inuoluendo & alligando, in quo opere maxime Aegyptiorum cura praecellit. Idem tra- dunt Beza, Casaubonus, Drusus, Ludou. de Dieu, Bynaeus: Corpus ad funus componere, & ornamentis, ut sic dicam, sepulchralibus ornare, quae Graecis ἐντάφια nominantur; Corpus mortuum parare ad sepulturam, more Iudaeorum, corpus mortuum τοῖς ἐντάφιοις, hoc est, ἑθωτοῖς, linteis se- pulchralibus, additis unguentis aromaticis, inuoluere, Iob., 19. 40. Casaub. Ex. 16. §. 12. praeterea inter ταφῆς uerū & ἐντα- φιάζειν discrimen esse, putat, Aegyptiorum conditura fiebat

intrinsecus, corpore exenterato, & cerebro per nares extracto, quod Graeci dixerunt ταρχύειν. Hebraei unguento & corpori aromata extrinsecus applicando, deinde fasciis involuendo, mortuos curabant, Mt. 27. 59. Marc. 16. 46. Luc. 23. 53. Ioh. 20. 39. 40. Vnde in scripturis de conditura Hebraeorum dicitur non ταρχύειν, sed ἐταφιάζειν, s. ἀλίθειν. Eodem sensu nomen ἐταφιάζειν LXX. Senes, Gen. 60. 1. accipiunt. Id uero praedixit mulier, capillis lintea sepulchralia & fascies, quibus pedes Seruatoris implicuit, oleo & unguentis, quae super ipsum effudit, balsamationem praemonstrans.

§. 16. Addit Seruator in rei huius testimonium uehementem affeuerationem ἄμην, quam uoculam Iohannes, quoties usurpat, geminat; ἄμην, ἄμην λίγω ὑμῖν. Vox ἄμην ab Hebraeis oriunda in Graecos, Italos, Germanos, nationes alias, uenit, ab radice אמן, uerus, fidus, fidelis, certus, ratus, securus fuit; Arabice credit, fidit, fideiussit. Vnde אמן, אמנם, אמנם, certe, profecto, uere, aequipollent. Circa uocis explicationem Interpretes uarias in sententias abeunt: Dimckel. Orat. de Hebr. Ling. N. 4. אמן idem esse putat, quod אמן מלך אמן, Deus rex fidelis. Sed Cabbalistica est allusio, non uera etymologia. Talmud hanc in uocem ita commentatur, Libr. Schebbuoth, fol. 36 אמר ר' יוסי בן רבי חנינא אמן בו שכועה בו קבלה דברים בני האמת דברים בו שכועה דכתיב ואמרה האשה אמן אמן בו קבלה דברים דכתיב ארור אשר לא יקים את דבריו התורה הזאת לעשות אותם ואמר כל העם אמן בו האמת דברים דכתיב ואמר ורשימו אל חנתי אמן כן ועשרה יו' ארץ דברך R. Iose dicit filius Chaninae, AMEN modo habet uim iurandi, modo approbandi dicta, modo confirmandi dicta. Iurandi uim habet, cum scriptum est: Et dicet mulier illa: AMEN, AMEN; Approbandi dicta, cum scriptum est: Maledictus, &c. Confirmandi dicta, cum scriptum est: Sic faciet

ciet Iehoua, praestabit Iehoua uerba tua. Similiter iusiurandum designat apud *Maim. Tr. Schebb. f. II.* Nec alii ex *Hebraeorum Magistris* dissonant. Id non erat reticendum, quod Iudaei in pronuntiatione AMEN nimis sint superstitiosi. Unde, quemadmodum inter illos, interprete *D. Pfeiffero*, *Dubb. Vex. p. 946.* in uulgo notum, in uitio ponunt triplex AMEN, sc. Acceleratum, quod accelerate & festinanter effertur, quasi cum δ breuissimo & accentu in ultimo, ueluti δ , uel quod ante absolutam orationem praemature respondetur: Amputatum, a quo ultima litera η in pronuntiatione quasi succisa & amputata est, ac si diceretur AME: Pupillare denique, quod praecedente benedictione, ceu patre, caret, quando scilicet quis inconsiderate & animo aberrante respondet AMEN, non ad praeniam Sacerdotis benedictionem, uel orationem, sed ad populi murmura. Haec diuersa uocis AMEN pronuntiatione fructu & effectu caret, immo poenam secum trahit neglectae attentionis & zeli intermissi. Id Hebraei iudicauerunt his uerbis: Quicumque respondet AMEN,, PVPILLARE, eius liberi erunt pupilli: ACCELERATE,, TVM, eius dies accelerabuntur, uel celeriter transibunt,, qui uero protensa pronuntiatione effert AMEN, eius, dies & anni prolongabuntur. *Lightf. H. H. ad Mt. 6. p. 302.* existimat, Amen publice saltim adhibitum esse in Synagoga, ubi responsum sit a populo Amen ad preces suas a Ministro; Itemque domi patrifamilias benedicenti, aut oranti a suis; At rarius, aut nunquam priuatum quendam orantem suismet precibus illud subiunxisse, unde & factum putat, ut Christus publicaturus orationem Dominicam adiiceret AMEN, quod apud Lucam, ubi priuatim eandem recitarit, omiserit, cui tamen sententiae, cum Christus ad Magistrorum se παραδοσω nunquam accommodauerit, non subscribimus. Formulam $\alpha\mu\epsilon\eta\ \lambda\acute{\epsilon}\gamma\omega\ \upsilon\iota\upsilon$ inuoluere iuramentum, ex Veteribus uolunt *Gregor. Nyssen. Theophyl. Chrysost. Oecumen. alii*; Ex Recentioribus *Sam. Petir. Var. Lect. c. 17. Nul-*

tus, inquit, dubito, ista esse repetenda e iuramentorum formula. Nam iudex adiurabat, qui iurabat, respondebat AMEN. Quare cum dicit Christus, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, idem est, ac si diceret: Iuratus uobis dico. Idem statuit Ludou. de Dieu ad Mt. 5. 28. Sed enim, rem si accurate perpendamus, his uerborum ambagibus facile superfedere interpretes illi poterant. Multa sciunt aliqui linguarum notitia probe tincti, sed, quod sciunt, non sciunt distincte, cum tamen una saepe numero distinctio omnem rem expediat. Quapropter, qui Philosophiam Linguarum addunt studio, optime sibi consulunt, maiorum more, ab soliditate, perspicuitate, ordine, tantum non omnibus, se commendantium. Hoc dum cogitamus, in mentem uenit, Ἄμην spectari posse 1.) extra contextum, in se ac in thesi, ubi ualet idem, quod ἀληθῶς, ut apud LXX Senes, ἡεπισευμένως, quo sensu Suidas & Aquila accipiunt, ἀληθῶς, ἐπ' ἀληθείας, certe, uere, in ueritate, ut ipsi Scriptores interpretantur Sacri. 2.) intra contextum, accidentaliter & in hypothesi, quando significationes assumit, quas circumstantiae textus & uocum positus postulant. Tum quandoque formula optandi est, 1. Reg. 1. 36. Ps. 72. 19. 1. Chron. 16. 36. Vnde clara olim uoce uniuersi clamabant Ἄμην, 1. Cor. 14. 16. Post preces absolutas & gratiarum actiones πᾶσα ἐκκλησία fauste conclamabat; Ἄμην, fiat, uinam fiat, γένοιτο, γένοιτο, quomodo LXX Senes, Ps. 72. & alias uertunt, ita, ut desiderii uehementiam significet, quod Patribus Graecis, Iust. Martyri & Cyrillo non displicet. Hunc significatum subinuolet, quando iusiurandum denotat, ut LXX. Viri mulieris uerba Num. 5. reddunt; γένοιτο, γένοιτο. Quamuis enim dantur, qui, non iuramenti religionem, sed tantummodo asseuerationem, corroborationem & sermonis confirmationem Hebraeis significare, putant, exempla tamen in contrariam partem ab Orientalibus adducuntur. Erat quoque formula approbandi, in Ecclesia praefertim Graeca, cum Ministro, qui singulis coe-
nam,

nam distribuebat sacram, pronuntianti benedictionem, seu gratiarum actionem, ille qui panem benedictum et poculum accipiebat, responderet AMEN. Vid. *Bynaeum de M. C. l. i. c. 3. p. 330.* hanc in rem uerba Chrysofomi ad Pf. 106. allegantem. Vt breuis sim, formula modo iuramenti est, modo uotiua, modo approbatiua, confirmatiua, assertiua, contestatiua, asseueratiua, atque sic amplius, quod ex συναθείας textus diiudicandum. Quando formula sigillatim l. c. periclitatur materialiter, ratione certitudinis & ueritatis, ac obiectiue, tum cum iuramento pari passu ambulat. Formaliter uero iuramentum stricte sic dictum dici nequit. Tum potius ad uehementem accedit asseuerationem, quandoquidem *Scriptoribus Sacris, L X X. Senibus, Aquilae, Suidae, Graecis Patribus; 'Αμην, ἀληθῶς, ναί, ἐπ' ἀληθείας, ἀμειτακινήτως, πεπιστευμένως* prorsus quandoque ἰσοδυναμῶντα sunt. Haec autem dicendi ratio; 'Αμην λέγω ὑμῖν, ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ναί λέγω ὑμῖν, ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν, quantum quidem ego iudicare possum, est insolita, nemini alias, praeter Christum, usitata, eo sensu eminente & ἰξοχημῶ. Sicut enim ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν priorum formularum commentarius & καλήχησις censetur; Ita quaeuis earum implicat *Obiectum*, rerum prolatarum certitudinem, efficaciam, ueritatem, *Subiectum*, infallibilem & ueracissimum Dominum, qui est in *Abstracto ἀλήθεια*, Deus ueritatis, *Ies. 65. 16. ὁ 'Αμην, Apoc. 14. 3. qui ἀντισπίτως & κυρίως*, propria nixus auctoritate, ueritatis testis ὁ 'Αμην, ὁ μάρτυς, ὁ πιστός & ἀληθινός, insuper ἀληθῶς, s. ἐπ' ἀληθείας, quae uoculae prioris 'Αμην, ut diximus, perbreuis sunt & perpicuus commentarius, τὴν ἀλήθειαν, eamque coelestem reuelabat. Vnde *Bynaeus* notat, a *Iohanne* ideo reperi 'Αμην, 'Αμην, ut designetur sensus ille duplex: Ego ὁ 'Αμην, qui sum ueritas, s. ὁ 'Αμην, ὁ μάρτυς, ὁ πιστός & ἀληθινός, dico uobis, & iterum 'Αμην, uere, s. in ueritate, addo τὸ 'Αμην, id est, τὰ ἀληθινὰ, seu τὴν ἀλήθειαν, ueritatem uobis dico, ratione simul *Subiecti, Modi, Obiecti* di-

tionis habita. Vid. *Lightf. Harm. IV. Euang. P. 2. f. 12. & H. H. in Job. 1. 52.* Id uero, quod Seruator tam uehementer asseuerat, sequentis est tenoris: *Vbicunq; praedictum -- εἰς μνημόσυνον αὐτοῦ, in memoriam ipsius. Μνημόσυνον, emphatica uox, non simplicem, aut qualemcunq; praetitorum recordationem importat, sed perpetuo duraturam, cum laudibus assiduis coniunctam, ita, ut factum laudabile momento quasi marmoreo sit infigendum. Sic enim Priscis sonat זָכָרִי, μνημόσυνον, momentum sepulchrale, perpetuae recordationis ergo in mortui laudem fixum & positum, μνήμα, μνημότιον & μνηεῖον, de quo P. III. de Sepultura Christi uerba faciemus. Vid. interim de AMEN Pfeiff. *Dubb. Vex. N. T. loc. 43. p. 946. Buxt. Lex. Talm. Fuller. Miscell. l. 1. c. 2. & Wagenfeil ad Sota, p. 379.**

NOBILISSIMO
DOMINO GEYSERO
AMICO SVO

S. D.

PRAESES.

*Annus est, & quod excurrit, ex
quo, Doctissime Geysere, indu-
stria tua, indefessusque mihi in stu-
diorum curriculo labor innotuit. Id,
inge-*

ingenue fateor, quoad Tuis cetero-
quin colloquiis frui, contigit, admo-
dum placuit, quod, praeiudiciis, prae-
conceptisque opinionibus, quibus ma-
gna pars hominum etiam nunc trahi-
tur, missis, Philosophiae & Lingua-
rum, quae ad Philologiam exquisi-
tam, accuratamque Exegesin ducunt,
praeter Theologiam, Te studio totum
consecras, atque adeo optimorum Do-
ctorum consilia secutus fundamenta
ponis, quibus solida deinceps super-
strui doctrina potest. Vniuersam
enim Philosophiae *ἡμιλογοποιδία* pera-
grasti, Naturae scrutinio, una cum
excellente Matthesi, seiunctim addito,
ab qua recurrere, illud bene quidem,
non-

nondum Tibi est in animo. Quem-
admodum autem, ut, ubi coeperis.
strenue pergas, auctor, suasor que sum;
Ita de specimine, quod omnium cum
plausu edis, animitus Tibi gratulor, &
Deum I. O. M. enixero, uelit proli-
xam Patronorum uoluntatem conci-
liare, ut bene coeptis, more suo, studiis
beneuole succurrant, atque beneficiis
Te quamplurimis ornent. De cetero
me ad omnia officiorum genera sem-
per habes promptum, paratum, pa-
ratissimum. Dabam Vitember-
gae in Saxonibus, die Jul.
M. DCC. XX.



)0(



Th: 780

ULB Halle 3
002 500 698



Sb.

KONT
D

n. C.







13.

Q. D. B. V
DISSERTATIO III.
OBSERVATIONVM
CRITICO-PASSIONALIVM
VNCTIONEM IN BETHANIA
EX ANTIQVITATE MAXIME IVDAICA ET
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM
SIGILLATIM EXAMINANS
QVAM
INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV
IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA
DIE AVG. M. DCC. XX.
PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσει
SVBMITTIT
PRAESES
SAMVEL FRIDER. BVCHERVS
AA. ET PHIL. MAG.
ET
RESPONDENS
GODOFREDVS GEYSERVS
GORLIC. PHIL. ET SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE
LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.